



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Vitae Sanctorvm

complectens sanctos Mensium, Ivlivm Avgvstvm & Septembrem

Lippeloo, Zacharias

Coloniae Agrippinæ, 1603

De Festo Vincylorvm Sev Catenarum B. Petri Apostoli; Ex ijs quæ habentur
apud Doctiſ. C. Baron. Tom 1. & 5. Annal. & Notat. in Martyrol. Romano.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42728

AVGVSTVS.

DE FESTO VINCVLORVM SEV

Catenarum B. Petri Apostoli; Ex ijs quæ habentur apud Doctiss. C. Baron. Tom. I. & S. Annal. & Notat. in Martyrol. Romano.

I. August,
De Peregrina-
tione Eu-
dociæ Au-
gustæ, &c.

Vide Tom. 5.
C. Baro. An-
nal. anno
Dominii 438.
& sequent.
Eudocia Con-
stantinopoli
in honorem
Catenarum
Basilicæ con-
struit.

Eudoxia fi-
lia Eudociae,
Roma erigit
Titulum in
honore Vin-
culorum B.
Petri.



V DOCIA Augusta, Theodosij Imperatoris coniunx, cum Hierosolymam voti soluendi causa venisse, præter alia quib[us] ibidem à Iuuenal Hierosolymorū Episcopo, affectu est muneribus, insigne donū accepit catenarum illarū, quas Angelus Domini de manib[us] Petri, in carcere ab Herode vinceti, disiecerat. Quas piè admodum venerata, illarum alteram Constantinopoli honorificè asseruari voluit, eiusque honorem basilicam erexit, & auro gemmisque ornatam, SS. Patrum encomijs celebrari mandauit. Alteram verò Romam ad Eudoxiam filiā, Valentiniani Imperatoris coniugem transmisit, quæ quidem, matri religione non impar, in eius memoriā, & Petri Apostoli, qui ea vincitus fit, erexit Deo Basilicam in Exquilino monte; augustam sanè, Augustæque nomine dignam. Titulus enim Eudoxiæ nuncupata est; Dicta etiam S. Petri ad vincula. Vbi non illa tantum, Hierosolymis à matre Eudocia missa catena recondita est, sed & diuīno miraculo huic illa coniuncta dicitur, qua sub Nerone Imperatore, Roma, vincitus Petrus in carcere Mamertino diu detenus est; à Romanis P[ro]t[er]icibus sedulò admodum custodita. Habent etenim tabulæ ecclesiastice,

ambas

*Duae Petri
catenæ mi-
rabiliter v-
nire.*

ambas has catenas simul collatas, eiusdē gene-
ris & artis inuentas, sibi inuicem diuinitūs mi-
rabiliter copulatas, iunctasque simul ac vñitas,
ex diuabus vnam effecitam esse. Quarum memo-
riz, Kalendæ Augusti fuere à Romano Pontifice
consecratæ, in eārumque nomen, Deo, dicta Ba-
silica dedicata. Quam autem solitæ fuerint ca-
tenæ istæ coruscare miraculis, quamque vſita-
tum fuerit. Romanis Pontificibus pro nobili
munere aliquid ex limatura earundem catena-
rum ad insigniores personas mittere, S. Gre-
gorius Papa in suis ad diuersos datis episto-
lis locuples testis est. Quid ni verò veneraturi *Inter alias*
erent homines Catenarū Petri memoriam, qui-
bus Deus eandem atque ipſi Petro contulit in e-
dendis miraculis adeò admirandam atq; e visi-
bilem viuitem? Meritò itaq; per omnes Chri-
sti ecclesias auro pretiosius habetur ferrum il-
lud penalium vinculorum. Si tam medicabilis
fuit obumbratio visitantis, quanto magis cate-
na vincentis? vt vmbra, inquam, transeuntis Pe-
tri obumbraret eos. Si inanis quædam species *nium.*
vacua iraginis, habere potuit in se vim salutis, a. *Augusti-*
quanto magis de corpore meruerunt attrahere *nus de San-*
salubritatis, ferreo pondere sacris impressa mē- *&is serm. 29.*
bris vincila passionis? Si ad præsidia supplican-
tium tam potens fuit antè martyrium, quanto
magis efficax post triumphum? Felices illi ne-
xus, qui de manicis & compedibus in coronam
murandi Apostolum contingentes, martyrem
reddiderint. Felices catenæ, quæ nudatis penè
ofib; iñherentes, vivas reliquias de sanguinis
sudore, ian attrita carne, rapuerunt, tactusque
membrorum cruciatus sui sanctificat instrumē-

X 5 tum.

330 VITA SS. SOPHIAE ET FILIARVM,
tum. In quo dum afflictio crescit ad poenam, cau-
sa poenae proficit ad gloriam. Felicia vincula,
quae reum suum usq; ad Christi crucem non tam
condemnatum, quam consecratum miserunt.

Porrò de his catenis quibus B.Petrus vindictus
est Hierosolymis, tandem Romam translatis,
hæc cecinit Arator Diaconus;

In Act.lib.1. ————— manet omne per eum

*Pignoris huius apex, & sideris obtinet instar,
Corpora quod Petrus sacravit, & Angelus ore.
His solidata fides, istis tibi Roma catenis
Perpetuata salus harum circumdata nexu
Libera semper eris; Quid enim non vincula prestat,
Quæ tetigit qui cuncta potest absoluere? &c.*

*Vide Tom.7
Annal. C. Ba-
ronij.* Petijt & ab Hormisda Papa Iustinianus V.C.
postea vero Imperator, ut earundem catenarum
limituram ad se mitteret, ut sciamus non a tem-
poribus Gregorij Papæ primum ortum habui-
se eiusmodi consuetudinem de mittendis hisce
sacris muneribus.

MARTYRIVM SS. MULIERVM SO-
phia, & eius Filiarum, Fidei, Spei, & Charit-
*Vide C. Bar.
Annal. To-
mo 2.* tis: ex eo quod est apud Metaphrasten. Pa-
sunt anno Domini 122. Alexandri Papæ 2. H-
adriani Imperat. 3.

i. Atigust.

*Patria So-
phie.*

CVM Romæ Hadrianus Imperator crude-
litatis suæ in Christianos laxaret habe-
nas, fuit insignis quædā matrona, prudé-
tia & religione sanè admirāda, ab Itilia oriun-
da, genere in primis claro, marito tanen orbata
nomine Sophia: cui prima cura erat, ut filias, in-
signi puc-
orname-
retq; Sp-
pora su-
supplici-
nomina-
Charita-
inunction-
opinion-
humana-
oppugna-
vidicisti-
tutem 8-
nesta pe-
torem 8-
nem illo-
tos à Do-
magnoc-
ptum al-

Imp-
eas fist-
tionibu-
subierr-
qua pr-
admira-
riori i-
gressu-
religi-
mum e-
num e-
àparé-
ijs qui-
qua 8-
horum